

nihil tam efficax frequens Dominicæ Passionis méditatione, in qua dum ipsi recolunt quanta Verbum Dei carofactum pro nobis pati dignatum est, eorum corda ad pœnitentiam excitantur, et ad redamandum Christum Jesum vehementer inflammantur.

Jam vero inter plura, quæ id præstant, pia exercitia, illud præcul dubio præ ceteris eminet, quod a Via Crucis nuncupatur, S. Leonardo e Portu Mauritio primitus inventum, et in universa Catholica Ecclesia tam salubriter propagatum. Quoniam vero plures vel occupationibus distenti, vel veletudine laborantes, prohibentur quonimus integro hujusmodi pio Exercitio vident, nonnulli pietatis zelo præstantes viri, ne spiritualium factum ex eodem exercitio manantium copia deperdatur, Sodalitates quasdam instituere excogitarunt, ex quatuordecim Sociis constantes qui singuli unam quotidie sibi attributam ex quartuordecim stationibus meditando peragant ad instar Sodalitatum Rosarii Viventis.

Hinc SSmo Dno Nostro Papæ XIII preces humiliter sunt delatæ, ut prædictas Sodalitates, earumque leges approbare, et nonnullas sociis Indulgentias tribuera dignaretur.

Has porro preces, relatas in audientia die 16 Augusti 1901, ab infrascripto Cardinali Præfecto, S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præpositæ, Eadem Sanctitas Sua peramanter exceptit, Sodalitatesque Viæ Crucis Viventis Summopere commendandas approbavit earumdemque leges, prout in subjecto